

O DIVI AMORIS VICTIMA ( Gregoriano )

O di - vi a - mo - ris vic - ti - ma qui - no cru - en - ta vul - ne - re,

Fran - ci - sce, qui vi - vam crucis, Chri - sti re - fers i - ma - gi - nem.

A - - - men.....

Hymnus

O divi amoris victima,  
Quino cruenta vulnere,  
Francisce, qui vivam crucis  
Christi refers imaginem.  
Tu caritatis fervidis  
Flammis adustus, sanguinem  
Christo daturus, bárbara  
Ter cogitasti littora.  
Voti sed impos, non sinis  
Languere flammam desides;  
Et excitas cælestia,  
Flagrans amore, incendia.

Hymnus

Salvete, sacra Stigmata,  
Quæ sculpta Francisci  
prios  
In corde, mox et corpori  
Amor supernus addidit.  
Vos Christi amorem figite,  
Nostrisque plagas cordibus:  
Illi beata iungite  
Deinde nos in pátria.  
Iesu, tibi sit glória,  
Qui te revelas párvulis,  
Cum Patre, et almo Spiritu,  
In sempiterna sæcula.  
Amen.  
V. Signasti, Dómine, servum tuum Franciscum.  
R. Signis redemptionis nostræ.

In prole vivens, éfferas  
Pervadis oras: algida,  
Gelu solúto, ut ferveant  
Ardore sancto pectora.  
Sic pertimendis lívidum  
Armis avèrnum cónteris  
Virtútis, et firmum latus  
Templo labánti súbicis.  
Adsis, Pater, precántibus,  
Ignémque, late quo tua  
Exarsit ingens caritas,  
Accende nostris méntibus.  
Sit laus Patri, sit Filio,  
Sit inclito Paráclito,  
Qui nos Parántis óptimi  
Det amulári spíritum.  
Amen.